

Q. 185.

25 (X1973677)

III

Ve
342

D. T. O. M. A.

*Jussu ac decreto Amplissimi
Collegii Juridici*

**CONCLUSIONES
SEQUENTES EX JURE**

Justin. Feudali, Canonico, Saxoni-
co, Constitutionib. Electoralib. Recessib.
Imperii. Interpretib. Juris, &

Processu Judiciario
excerptas ac congestas

PRÆSIDE

Viro Clariss. Consultiss.

DN. PETRO THEODORICO
U. J. D. PROFESSORE IN ILLUSTRISA.
LANA Publ. nec non Scabinatus ibid.
Adfessore dignissimo.

Pro consequendis in Jure DOCTORALIBUS privi-
legiis & insignibus in publ. Jctor. auditorio
placide examinandas proponit ad diem
22. Junij.

CASPARIUS ÜNTZER HAL-
LENSIS SAXO.

VERITAS finis Disputationis esto non VICTORIA

JENÆ TTPIS JOHANNIS VVEIDNERI

Anno Christi 1611.



Ampliss.^{is} Consultiss.^{is} Prudentiss.^{is}
VIRIS

Dn. GEORGIO Olshchen /
Dn. JEREMIAE Kedeln /
Consulatum p. t. gerentibus

UT ET

SENATORIBUS CÆTERIS
Inclytæ Reipubl. Hallensis Patri-
bus Patriæ.

Patronis ac Favitorib. meis
debitâ reverentiâ prosequen-
dis.

Hanc Disput. meam Inauguralem

In Sing. observant signum.

adscribo & offero

Casparus Untzer Auctor
& Respondens.





EX JURE CIVILI JUSTINIA-
NEO CONCLUSIO I.



Consuetudo quanto temporis spa-
tio introducatur, in jure nostro Civ: nulli-
bi definitum reperitur, Ideoque arbitrio &
discretioni Judicis circumspēcti relinquen-
dum id esse rectē concluditur (a) Licet
comm: ferē Dd. decennium sufficere pu-
tant (b) De jure v. Sax. 30. annos, cum anno & 6. septi-
manis requiri tradunt ejus Interpp. c.

a) 1. Quæcunque enim lege certa non sunt definita, Ea judicis arbi-
trio ac discretioni sunt permittenda, monente Ulp. in l. 1. § cum. 2. de ju. de-
lib. l. 1. § 1. de effr. add. l. questum. 13. de testib. Atqui certum tempus intro-
ducendæ Consuetudinis, nulla lege, nulla Constitut: nec quo ad verba, ,
nec quo ad sensum definitum est in jure nostro, E, II. Notandum est juris
nostri compilatores & Authores Consuetudinem vocare inveteratam l. de
quib. 32. de LL. l. 3. & 4. in fin. C. de canone largit. publ. priscam d. l. 4. in
fin. diuturnam l. 33. de LL. longam, in rubr. ff. de longa consuetud. & C.
quæ sit longa Consu. l. 35. de LL. longævam, l. 2. C. quæ sit longa consu. an-
tiquam, l. super. 9. C. de ju. fisci, l. 3. d. t. c. fin. C. de testam: per annos plu-
rimos observatam d. l. 35. de LL. Quis v. non videt, ista vocabula non
semper denotare decennium? Cum vetus factum dicatur, quod à nostra me-
moria remotum est, l. 2. § 1. de aq. & aqua, plur. longævum spatium de
100. annis intelligatur in l. an. 56. de Usufr. per longum tempus & diutur-
num interdum 5. anni, Ut in l. si quando 3. Ubi Goth. C. si major factus alien.
fact. sine decr. rat. hab. modò 10. modò 20. denotentur §. 1. J. de usucap.
non raro 40. l. 2. C. de præscr. 30. vel 40. anno. l. qui 57. § 1. de rit. nupt. Et
antiqua Consuetudo vocetur, quæ hominum memoriam excedat. c. super.
27. vers. præterea de V. S.

b) Costal ad l. de quib. 32. de LL. Donell. 1. com. 10. & alii.

c Reinhard. p. 6. diff. jur. Civ. & Sax. diff. 2. Fachs. diff. 12. Zobel.
p. 2. diff. 4. n. 1. & 9. Schneid. ad tit. Inst. de I. N. G. § ex non scripto. n. 5.

II.

Num Statutum vel Consuetudo alicujus Collegii, ne quis
extra Opificium ducat Uxorem, sondern mus eine aus dem

A 2

Handwerck



*Handwerck freyen / sit probanda, & secundum eam in judi-
ciis pronuntiandum?*

Et si Consuetudinis vel Statuti non vilis sit authoritas, non usque ta-
men adeò sui valere debet momento: Ut aut rationem vincat aut legem,
Uti resp. Imp Constant: *in l. 2. C. qua sit long. Consu.* Cum itaq; & ra-
tio naturalis, leges quoq; Civ. Jus itidem Canon. hinc inde præcipiant, li-
beram in contrahendis matrimoniis potestatem esse debere *l. 5. in fin. C.
de sponsal. c. requisivit. 17. de sponsal.* Prohibeant e contra ne omninò nuptiis
ullum inferatur impedimentum *l. 72. § 4. de cond. & dem.* neque libera ista
contrahendi facultas transferatur ad necessitatem quandã *l. 11. & 14. C. de
nupt.* Non mihi videtur ejusmodi Consuetudinem vel Statutum ita stri-
ctè & semper observandum esse; sed ita temperandum, ut qui observare
istud velit, observet, sin minus, non cogatur, *per l. fin. de collegiis.* Præ-
fertim cum conjugia (secundum Theolog.) divina ordinat. & providen-
tia potissimum constituentur, quæ nullo modo restringenda est & adstrin-
genda ad Statutum quoddam vel Consuetud.

III.

*Sunt qui concedere nolunt; Consuetudinem posse abro-
gare legem; Verum contrariam sententiam verissimam esse
quotidiana docet experientia.*

Quæ concl. probatur *per § sed naturalia. 11. J. de jur. nat. l. de quib.
32. in fin. de LL.* Deinde certi juris est, Consuetudinem esse speciem vel
partem juris Civ. & constat *3. 1. de jur. nat. l. 6. § 1. de I. & I. legem imitari,
eundemque cum lege, vel jure scripto habere effectum, § sine 9. 1. de jur.
nat. d. l. 32.* Jam v. negari non potest legem abrogari posse per alteram po-
steriorem legem. E. nec istud: Consuetudinem sc. eand. habere potesta-
tem, cum nihil intersit scribente Juliano in d. l. 32. populus expressis ver-
bis voluntatem suam declaret, an reb. ipsis & factis.

IV.

*Sub Jurisdictionis vocabulo generaliter sumto, Me-
rum quoque Imperium contineri verissimum puto.*

I. Per. inscript. vel rubr. tit. D. & C. de jurisd. sub qua tractatur
quoq; de mero imperio, *l. 3. de jurisd. l. 5. C. eod.* Colligitur E. inde, merum
imperium seu capitalem animadversionem esse speciem quand. jurisdic-
tionis. Mater. n. sub tubro posita, judicatur illius esse naturæ, cujusestrubrum.
Eberh. in top. sub. lo. à rubro n. 5. II. Quia merum imper. consistit in
animadvertendo in facinorosos homines, *l. 3. de jurisd.* Animadvertere
a. in homines facinorosos est jus dicere de capite hominis facinorosi, *l. 2. §.*
quia

quia 23. de O. I. Est ergo jurisdictionis, Cum jus dicere & jurisdictio sine conjugata, l. 1. l. 10. de jurisd. l. 3. de off. ejus cui mand. l. 10. de off. procons. l. Scto 16. de off. pres. III. per text. Constitut. de pace constantiae § nos Romanorum ibi: in jurisdic: in causis tam criminalib. quam pecuniariis Ubi gl. IV. per l. fin. de off. ejus cui mandat. V. per l. 7. §. ult. cum l. seq. de off. procons. Ubi Ulp. sic argumentatur. Proconsulem habere pleniss. jurisdictionem. E. majus imperium in ea provincia habet omnib. post principem. Si itaque plenissimæ jurisdictionis nomen non comprehendat imperium, quomodo Jctus posset inferre à plenissima jurisd. ad imperium. Cum ex diversis mala fiat illatio. VI. per l. 1. in pr. §. 1. de off. off. ejus cui mand. In cujus legis principio quæritur (uti patet ex inscript. Papin. li. 10. quæstionum) an mandatâ jurisd. censeatur quoque mandata & translata publ. judicii exercitii jurisdic:io? Resp. Papin. negando mandatâ jurisd. merum imperium contineri, additâ ratione: quia specialiter lege vel Scto, Vel Principum Constitut. tribuitur. Ideoque (pergit Jctus) errare magistratus, qui cum publ. judicii habeant exercitionem, jurisdictionem suam mandant. Ex quo textu satis apparet, sub generali jurisdictionis vocabulo comprehendendi quoque imperium, Aliâs sanè ridiculum esset hoc ipsum quætere, si cum jurisdictione nihil haberet commune merum imperium, & hoc ab illa toto genere differret, l. Domitius 27. qui testa. fac. poss. Ad hæc si merum imperium non contineretur sub jurisdictione generali non erraret magistratus si mandaret jurisdic:. Jam v. in d. l. 1. pr. dicitur errare magistratum. E. Errat autem non in eo quod putet esse merum imperium speciem jurisdic:. sed in hoc sc. quod arbitretur mandari posse merum imperium. Vid. gl. ad l. 3. de jurisd. ad d. Constitut. de pace constant. § nos Romanorum ad verb. in jurisdic:. Ubi dicit: neminem sani capitis dubitare merum imperium jurisdictionem esse.

V.

An Officialis, qui per aliquot annos publico præfuit Officio & adhuc præest, si propter adversam Valetudinem, furorem vel dementiam officium administrare impediatur, nihilominus Salarium integri istius anni, quo in istud malum inciderit, petere possit? (a) Et: num dictas ob causas in totum ab officio sit removendus? (b) Ad utramq. quest. neg. resp. Prior. aff.

a) per l. post duos 15. § his 1. C. de adv. divers. judicior. l. diem 4. de off. adsess. l. sed 19. § si. cum §. præc. locati. l. qui operas 38. eod. l. 4. C. de domest. § protect: Ubi Goth. in not. l. 11. C. de prox. sacr. serin. l. 1. C. de primipilo. Ratio hujus decis. est: Quoniam tempus pro completo habetur, quod impleri per impedimentum aliquod superveniens non potuit,

A 3

fingiturq;

Angiturque servisse ac operam præstitisse, per quem non stetit, quo mi-
 nus serviat operamque præstet, l. 1. § *Divus 13. de var. & extraord. cogn.*
 textus ad rem valde adpositus in l. 4. § *Stichus 5. vers. sed & de statulib.* Ubi
 Paulus Jctus scribit: servire vobis intelliguntur etiam hi quos curamus
 ægros, qui cupientes servire propter advers. valetud. impediuntur. *Add.*
l. 24. pr. de cond. & dem. l. 15. pr. de oper. libert. Et secundum hanc
 conclus. in tali casu quo cuidam promissum erat Salarium ad integrum
 quadriennium, responderunt Jenenses 20. Junij Anno 1609. heredib.
 defuncti totum istud exsolvendum esse. (b) propter l. qui 20. statu hom.
 Ubi Ulpian. ita scribit: Qui furere cœpit, & statum & dignitatem in
 qua fuit, & magistratum & potestatem videtur retinere, sic ut rei suæ
 dominium retinet. In qua sanè lege Jctus non judicat quem removen-
 dum esse in totum à suo officio, magistratu, dignitate ac potestate, cui
 hætenus summa cum Reip. utilitate præfuit, sed potius ea omnia re-
 tinere, quemadmodum rei suæ dominium. Jam verò certissimum est,
 furiosum non privari dominio ac proprietate rerum suar. ob furorem su-
 pervenientem, licet Curator interea furioso ipsiusque facultatib. adjun-
 gatur t. t. de Curat. fur. E. neque officio in totum quis privandus ob ad-
 versam valetudinem, dementiam, aliudve malum, Licet interea officii
 administratio alteri possit committi. Et hanc suam sent. repetit Ulp.
 in l. nec 8. §. 1. de tutor. dat. Cum quo consentit & Paulus in l. judex. 46.
 de Judic. pro ulteriori hujus decis. confirmat: sumi quoq; potest argumen-
 tum ex l. 8. de his qui sunt sui. item ex l. si is 27. de atq. poss. Quib. juris Civ.
 textib. addatur quoque c. ex parte de Cler. agrot.

VI.

*Nemini licet in suo pariete juxta Vicini parietem altius
 extructo, servitute non constitutâ, fenestras prospectivas, hoc
 est, ex quib. in vicini aream prospici possit, invito vicino ha-
 bere; Secus se res habet in fenestris luciferis in editiore loco
 positis, per quas lumen saltem in ædificium inferatur.*

*p. l. ex quo 12. §. nulli, 3. vers. si a. C. de edific. priv. l. eos qui. 40.
 junctâ l. 8. 13. & 19. de S. U. P. l. sicut 8. §. Aristo. 5. si serv. vind. Quia
 fenestras habere in alterius aream competit jure servitutis. Cajus lib. 2.
 Inst. tit. 1. §. incorp. 3. l. 4. de S. U. P. E. non jure libertatis vel domini.*

VII.

*In obligationib. super mutui contractu, præsertim inter
 Nobiles confectis, plerumq; adpositum videmus tale pactum,
 ut si à debitore die constitutâ pecunia credita non solvatur,
 nuda adsertioni Creditoris sine juramenti præstatione de
 damno*

damno, Interesse & expensis factis, credatur, Ast non immerito in questionem vocatur, num validum ejusmodi sit pactum, & secundum Ejus tenorem à Judice simpliciter pronuntiandum? Affirmativam opin: communem esse quidam dicunt. Mihi v. contraria Neg. sententia omninò videtur verior, Ejusmodi sc. pactum non simpliciter valere; sed restringendum esse ad damnum & Interesse legitimum ac honestum.

Hisce rationib. Tum (1) quod per tale pactum daretur ansa & occasio delinquendi. Posset enim Creditor, avarus præsertim si sit, (sunt aut plurimum tales) maximum allegare damnum & interesse, majores itidem expensas reposcere quas nunquam fecisset. At pacta quib. janua ad decipiendum aperitur in jure nostro, suadente id etiam naturali ratione, quæ pro lege habetur, l. 7. pr. de bon. damn. planè improbari ac rejici, omnib. notum est, l. illud 5. de pact. dotal. l. cum 27. § illud 3. cum § seq. de pact. l. illicitas 6. pr. de off. præf. E. Tum (2) quod Ejusmodi pactum præsumatur adjectum in fraudem Constitutionum ac legum quæ certum Usurarum modum præscribunt, judiciq; potestatem concedunt de interesse cognoscere, l. 1. C. de sent. quæ pro eo quod int. Quib. sane legib. privatorum pactionib. derogari nihil potest, l. 27. § 4. de pact. l. 38. Eod. l. 8. § 8. C. de repud. cum simil. Aliàs rat. adfert Matth. Cöler de proc. ex. p. 1. c. 10. n. 147. & seqq. Ubi n. 159. testatur, secundum hanc sent. sæpius in provinciis Thuringiæ, ut & in supremo tribunali Electoris Sax. responsum fuisse.

VIII.

Plerumq; etiam Cautionib. pro credita pecunia solent adscribi variæ ac infinitæ ferè variorum juris beneficior. renunciationes, inprimis v. Except. non num. pec. Quam tamen renunciationem invalidam ac nullius effectus esse judico. Cum Debitor non attentâ isthac renunciatione intra legit. biennii spatium possit, Except. d. opponere Creditori (a) Etsi juramentum intervenerit (b) Quid v. si renunctio, ex intervallo quod: à confect. Cautionis sit subsequuta? Valere eam tradunt Dd. com. Quæ tamen doctrina non suâ caret dubitatione. (c)

a) Qua enim facilitate vel inopiæ pressura debitor iste putativus cautionem ad placitum Creditoris conficere cogitur, creditumque in ea confiteri

steri ob spem futuræ numerationis ead. & ad renunciandū d. exceptioni inducitur, arg. l. 22. C. ad Vell. l. doli. 18. vers. diversum de novat. Uti igitur ipsa Cautio debitorū; in ea confessio impedimento non est, quo minus Exceptio non num. pec. opponi possit, ita nec renunciatio inibi adscripta. Ubi n. ead. rat., ibi quoq; idem jus per vulg. II. Renunciatio ejusmodi, si pro valida judicaretur, non minimam certè daret occasionem decipiendi homines pecuniā indigentes (qui decies renunciarent & quidvis facerent, modò spes esset pecuniæ accipiendæ) lucraque iniquissima & exactiones illicitas à putativis debitorib. extorquendi, Etiam si ne obulus quidem adnumeratus fuisset. Ejusmodi v. decipiendi & delinquendi occasiones passim in jure nostro improbantur & abscinduntur. per not. in conclus. præc. E. III. Quid quod isthac renunciatione remitteretur Creditori dolus futurus, Quæ sanè conventio in jure tanquam b. f. judicio contraria omninò rejicitur. l. 23. de R. I. l. 1. § 7. depos. l. 17. pr. commod. & aliis simil.

b) I. per l. ult. C. de non num. pec. ubi gl. II Quia substantiæ & validitatis actus nihil addit vel detrahit, juramenti adpositio, sed easd. leges, condit. ac qualitates recipit ac quasi induit, quas ipsum principale negotium, cui majoris saltem firmitatis & probationis gratia adjicitur, habet, d. l. fin. l. ult. qui satisd. cog. l. 30. § fin. de jurej. c. pervenit. 3. c. quinta ballis 23. de jurej. c. ex parte 13. de Cler. non resid. In præcedentib. a. satis demonstratum est, Exceptionis non num. pec. renunciationem invalidam esse nec subsistere posse. Sequitur ergo nec juramentum ullius momenti esse, per l. non dubium 5. C. de LL. textus clarus in l. si quis 112. § Divi 1. de lega. 1. III. Quid? quod per juramenti adpositionem non tollitur occasio delinquendi, sed ea adhuc Creditori integra reservatur. Manente itaque ead. prohibitionis ratione, manebit certè & ipsa prohibitio Vid. c. 1. de jurej. in 6. IV. præsertim cum juramentum non debet esse vinculum iniquitatis vel alicujus criminis, d. c. 1. c. inter. 22. cau. 22. q. 4. c. quanto. 18. de jurej. Iniquissimum v. esse nemo non videt cogi quempiam ad solvendum id quod nunquam accepit, § idem 2. vers. sed quia iniquum §. de except.

c) Quid n. si Creditor nec post confectam cautionem & traditam numerare prius vellet pecuniam antequam renunciaretur Except. non num. pec? Certe debitor pecuniā, urgente necessitate, indigens ead. facil. inducitur ad renunciandum post confectam quoq; cautionem quam stat in ipsa cautione, & creditor non minus post renunciat. ex intervallo quoque subsequutam, numerationem de die in diem protrahere posset, & sic debitorem decipere. Cum ergo leges simpliciter & generaliter nullā additā distinctione: huic exceptioni locum esse dicunt intra biennii spatiū, Ideoq; sine legis autoritate distinctionem aliquam hic facere Interpretis juris non erit, Add. l. 22. C. ad Vell.

IX.

Dubitant & Dd. An post biennii lapsum Debitor Exc. non num. pec. opponere possit Creditori? Comm. ferè id aff. Dd. modo

Dd. modò Debitor onus probandi in se recipiat, nullam sc. pecunia numerationem sibi factam esse. Ego vero simpliciter id negare non dubito.

Etsi enim à comm. Dd. opin. non facilè sit recedendum, Quia tamen video apertè contrarium in jure nostro esse fundatum, malo legum & Constitut. Imp. auctoritatem sequi, quam Dd. traditiones in jure non fundatas, Quib. saltem interpretandi leges, non v. novas condendi potestas ab Imp. data est atque concessa. Probatum autem neg. sent. tâm rationib. juris firmis, quam apertis legib. Et quidem textus juris sunt. I. *l. si intra 8. C. de non num. pec.* Ubi Imp. Alex. scribit: si legitimum tempus (biennium sc.) excessit, in querimoniam creditore minimè deducto omninò heres ejus etsi pupillus sit, debitum solvere compellitur. Si nullâ igitur querimoniâ adversus Creditorem debitor uti debet post biennium, si heres omninò, & si pupillus sit (qui tamen alias plurima, habet in jure specialia privilegia præ cæteris) debitum solvere compellitur. Sequitur certè irrefutabiliter, nullo modo etsi maximè velit probationis onus in se suscipere debitor, exceptionem non num. pec. opponi posse. Qui n. excipit, certè non solvit. Iste enim modus solutionis non reperitur in jure. *Vid. tit. Inst. quib. mod. toll. obl. II. l. in contractib. 14. C. de non num. pec.* Ubi Imp. Justin. elapso biennio nullo modo querela non num. pec. introduci potest, in tantum ut post illud tempus nec juramentum Creditori offerri possit § *illo 3. d. l. 14.* Quod etiam repetit Imp. in tit. *Instit. de lit. obl. ibi.* ultra biennii metas hujusmodi exceptio minimè extendatur, præmissâ hac rat. ne Creditores diutius possint suis pecuniis fraudari. Ex quib. textib. quis quæso non videt debitorem nullo modo, si velit probare, si non posse admitti ad Except. Si n. omnimodò compellitur solvere: Consequens est, nullo modo eum solutionem evitare posse, Nam qui omnem modum prohibet, nullum admittit. Quid! quod naturali ratione fieri non posse censet Imp. in *l. 10. C. d. t.* Ut hujusmodi probationis onus debitor suscipiat, *add. l. 23. C. de probat. III. l. 3. C. de postul. l. ult. C. de cond. ex lege.* Rationes sunt I. ex tit. *Instit. de lit. obl.* ubi dicitur: Creditorem literis obligari elapso biennio. E. & solvere compellitur (sumto argumento ex effectu obligationis) quisquis enim obligatus est secundum formam juris certi, non aliter liberatur quam si solvat aut satisfaciat Creditori iis modis, qui recensentur in *t. f. quib. mod. toll. obl. l. si rem 9. § omnis. 3. de pign. act.* At excipere, pecuniam non esse numeratam, & id probare velle, non est solvere Creditori, sed maximè solutionem negare, qui enim exceptione utitur, non confitetur *l. non 9. de except.* multò minus est satis facere, Nam satisfacere Creditori est eum volentem, pro eo quod à nobis petit, contentum siue securum reddere, *l. r. qui satisd. cog.* Quare debitor literis obligatus istâ probatione à solutione se liberare nequit. Alioquin nisi hoc dixerimus, evertemus totam mate-

B riam &



riam & essentiam obligationis literarum, atque adeò inducemus non obligationem sed probationem saltem ex literis *arg. l. 62. §2. depos.* Et per consequens nulla maneret literarum obligatio, nullus effectus literarum, nisi in probatione & fide facienda, & uni ante tempus biennii incumberet probatio contraria, post alteri. *Vid. eleganter Duar. ad tit. C. de non num. pec. II.* Negari non potest tempus biennii huic Except. ab Imp. ad objiciendum esse præfixum, *dd. ll.* Jam verò certiss. est in jure nostro, Quod quando certum ac determinatum tempus alicui sit præfixum, post elapso eo neutiquam admittatur, cum terminus legis sit peremptorius *l. scire. 13. § 4. de excus. l. 22. C. ad Vell. l. 8. l. 14. C. de non num. pec. c. pia. 1. de exc. in 6.* Sux ergò negligentix imputare debet Debitor, si intra biennii legit. spatium Exc. non num. pec. non opposuerit, *arg. l. 22.* Cum jura vigilantibus scripta sunt ac subveniunt, non dormientibus ac negligentibus. *l. pupillus 24. qua in fr. cred. l. summa 21. § sed & alii de pecul. l. qui 6. § sciendum l. 2. C. de ann. exc. Vi. Ant. Fab. dec. 1. Err. prag. 1.* III. Argumentum sumitur elegans ex *l. fin. C. in quib. cau. in int. rest. necess. non est.* In qua l. statuitur, ne Exceptio non num. pecun. minoribus imperfectæ ætatis favore ab initio currat vel currere incipiat, Quod sanè frustra statueretur frustra etiam minoribus hoc privilegium concessum esset, si nec adversus alios debitores currat istud biennii tempus.

X.

Clandestina Sponsalia sine consensu scilicet parentum à liberis contracta non valere; sed omnimodò annullanda ac rejicienda esse cum D. Lutherop. m. statuo (a) Matrimonium tamen insciis vel dissent. parentibus jam consummatum non rescinditur sed toleratur (b) Etsi injustum maneat (c) Et liberi ad exemplum alior. arbitrio judicis ob contemptum parentum omnino sint dignis & severis puniendi pœnis. (d)

a) *l. per. c. 3. de cland. desponsat. c. 1. 30. q. 5. II.* Quia parentum consensus tam. de jur. div. quàm Civ. & Can. in sponsalibus & matrimoniis contrah. necessariò tanquam pro forma substantiali requiritur. *Deut. 7. vers. 3. Jerem. 29. vers. 6. pr. Inst. de nupt. & ibi Dd. l. 3. l. 16. § 1. de rit. nupt. l. 35. eod. juncta l. 1. de obs. patr. c. aliter. c. nostrates c. qualis 30. q. 5. c. non omnis. § paterno. c. honorantur. c. hoc sanctum. c. ult. 32. q. 2. c. nullus 36. q. 2.* Luther. in Sermon. vom Ehelichen Stande & das ist mein Rath. tom. 1. Jen. Germ. & latè in libello von Ehesachen. art. 1. tom. 5. Jen. Germ. & in scripto: Das Eltern die Kinder zur Ehe nicht zwingen. membro 2. quod habetur in tom. 2. Jen. Germ. pag. 430. Isto igitur non requisito sed neglecto, sponsalia subsistere nullo modo possunt, Cum formam quam leges ad actum aliquem præscribunt, non servatam totus actus corruat

corruat & invalidus pronuncietur. *l. cum hi. 8. § si. 17. de transact. l. Fulcinius 7. § 2. quib. ex cau. in poss. eat. l. Jul. 9. § sed si. 3. ad exhib. cum sim. & verb. in loc. leg. in lo. à def. formæ. n. 2. forma liquidem dat esse rei d. l. 9.* Ad hæc res pessimi esset exempli, si Clandestina Sponsalia pro validis pronunciantur, daretur enim inde maxima liberis ansa delinquendi & contemnendi parentes, ne prius in sponsalib. contrah. istorum requirant ad sensum, sed pro lubitu sive velint sive nolint parentes, cum hac vel illa sponsalia ineant. *Luther. in quod. scripto contra VViteberg. § Es fan ja/ & c. quod extat in tom. 8. Jen. Germ. circ. fin. pag. m. 378.* Jam vero in jure nostro contractus actusvè pess. exempli passim rejiciuntur & improbantur § *erat olim 4. vers. sed cum. 7. de donat. l. exemplo 7. C. de probat. l. 10. C. de distr. pign. § sed & si 8. vers. licet, 7. de obl. quæ ex del. l. 47. de judic. l. 1. in fin. pr. Ubi Goth. ad SC. Mac.* Quid? quod experientia testatur quotid. Cland. ista & & furtiva sponsalia materiam esse summorum malorum adsiduar. rixarum, contentionum, perjuriorum & cædium adeoque fœdiss. pestem & turbationem Ecclesiæ & rerum Civ. *Luther tom 2. lat. Jen. in c. 24. Genes. pag. 226. b* Merito ergo Clandest: Sponsalia non admittenda, Cum contra jus div. & humanum facta intelligantur, Quod & senex ille Simo apud Terent. perspicuum facit, cum inquit:

Adeon impudenti esse animo, ut præter civium morem, atque legem & sui voluntatem patris tamen hanc habere studeat, cum summo probro?

Et secundum hanc decis. quond. pronunciarunt Consistoriales VVitteberg. quorum sent. refert Georg. Beatus in cent. sent. de cau. matrim. tit. 3.

b) Ratio: quia res amplius non est integra, ut igitur majus scandalum vitetur, nec matrimonia benè forsàn concordantia turbentur *l. 1. § fin. de lib. exh.* Ideoq; ut ratio habeatur mulieris, cui maxima fieret injuria, si ob duram matrimonii consummati separationem, *l. 12. § 7. de instru. lega.* cum virginitate quæ semel ablata restitui nunquam potest, maritum quoque amitteret, tam Theologorum quàm JCtorum quidam æquum putarunt, ejusmodi conjunctiones, secutâ copulâ carnali, non separari propter omissum nec prius requisitum, parentum consensum, præsertim cum multa aliàs fieri prohibentur, quæ si facta & consummata sunt, non retractantur. *l. 8. vers. nam furiosus, & ibi gl. in verb. retinere de his qui sunt sui. l. oratione 16. § fin. de rit. nupt. l. judex. 46. de judic. l. 1. § secundo 5. vers. sed melius. de post. l. 1. § biduum. 5. quand. app.* Et sunt quoque Exempla in sacris Lit. quod DEUS quædam toleravit, quæ tamen ab initio prohibuit fieri. *Vid. D. Luther. in lib. von Ehesachen art. 1. §. Aber damit nun D. Philip. Melanth. in Corp. Doctr. Christ. in lo. de conjugio. sub tit. de conf. par. Adam. Francisci in marg. theol. in lo. de conjugio. Dn. Chemnit. in exam. conc. Trid. p. 2. de matrim. circ. fi. pag. m. 441. Beust. in tr. de matr. p. 2. c. 47. § si autem res non est integra & Schneidev. ad tit I. de nupt. p. 2. n. 35. Ubi testatur hanc sent. in Consistoriis pronunciano retineri.*

c) per § si adversus ea, I. de nupt.

B 2

d) Luther

d) Luther. in d. lib. von Ehefachen art. 1. §. Es gilt nicht & in
art. 3. §. Darumb hab ich Felix Bidembach. in tr. de caus. matr. c. 2. q. 1.
§. pœnis itaque graviss.

XI.

Placet & hac de quest. non inutili, nec in Consistoriis in-
frequenti Doctorum viror. judicia audire: Num scilicet Spon-
salibus sub condit. honesta (ut: ducam te si parentes consense-
rint) contractis, alterutri parti invitâ alterâ pœnitere sit con-
cessum ac licitum pend. scilicet adhuc condit. In neg. discedo
sentent.

Quia in contractib. generale & perpetuum hoc esse dicunt Omnes,
ut si conditionem habeant adjectam, non liceat alteri parti alterâ invitâ &
repugnante pœnitere, & pend. condit. à contractu recedere, sed eventum
conditionis expectare omninò necessum habet, per l. potior. 11. §. 1. l. qui
balneum 9. §. 1. qui pot. in pign. arg. l. necessario 8. pr. de per. & com. rei.
vend. Et ratio est, quia ut fidei humanæ & æquitati naturali nihil tam
congruum est, quam ea quæ semel placuerunt servare semper, ita nihil
magis utrique contrarium, quam fidem datam fallere & à semel facta pro-
missione discedere, l. 1. de pact. l. 1. de const. pec. & aliis. Ex quo etiam
jura prohibent consilium & voluntatem in alterius detrimentum ac præ-
judicium mutare, l. nemo 75. de R. I. c. mutare. cod. Si itaque hoc verum
est in mere civil. contractib. Quidni etiam imò multo magis hoc statuen-
dum erit in causis matrim. tum (1) quod ratio divers. nulla adfit; ideoq;
nec jus diversum esse debet, l. 32. § oratio 16. vers. nam que de don. int.
Vir. & Ux. l. 9. § 2. ubi Goth. de edend. tum (2) ne in re præsertim tam
honestâ, sanctâ & favorabili ansa & locus detur aut relinquatur homi-
num levitati ac inconstantia. Et secundum hanc sent. neg. pronunciatum
esse quond. testatur Thoming. decis. 10. n. 6. Add. Beust. de sponsal. c. 19. A
qua non alienus esse videtur D. Luther. in lib. von Ehefachen art. 1. tom.
5. Jen. Germ. pag. m. 241. ubi dicit: vnd ob per condit. auch öffenliche
Verlöbnuß etwa geschehen vnd die Condition geriethen / Achte
ich man solle sich hter halten / wie in allen andern Verbundnissen /
da man glauben zuhalten schuldig ist etc.

XII.

Nec minus anceps est questio: Utrum Sponsalia publica
purè nullâ additâ condit. contracta mutuo partium dissensu
hodiè dissolvi debeant?

Affirm. Treutl. p. 2. disp. 6. th. 1. lit. g. & Harprecht p. 1. disp. Inst.
5. th. 31. & ad rubr. 1. de nupt. n. 45. At D. Beust. p. 1. de sponsal. c. 58. &
D. Chemnit.

531

D. Chemnit. magnus Theologus p. 3. loc. theol. in lo. de conjugio pag. m. 520. negant: Quia publ. sponsalia purè absque ulla cond. adnexa, contracta induunt efficacem obligat. nexum & vinculum conjugale (forma n. conjugii est obligatio, nexus & vinculum ex pactionib. conjugalib. seu sponsalib. nascens) Atque adeo sunt initium veri conjugii, quo animi quo ad propositum ad cohabitationem conjugalem à DEO ipso junguntur & unimur, unde & virgo vel puella purè alicui desponsata uxor vocatur in jure div. *Deut. 22. Matth. 1. Luther. in lib. von Ehefachen art. 3. pr.* Cojunctio v. seu copula. carnalis subseq. facit conjugium consummatum, Et DEUS ipse primo conjugio certum ordinem servavit 1. Evam adducit Adamo 2. Adam consentit dicens: hoc est os de ossib. meis & caro de carne mea. 3. addit: deseret homo patrem & matrem. 4. denique sequitur: Et erunt duo in carnem unam. Partes igitur hoc in casu inveniunt Beust & Chemnit. non tantum sunt admonendæ, sed & compellendæ brachio seculari seu officio Judicis, ad consummandū matrim. & cohabitatio conjugalem, Quia in hujusmodi pactionib. valet illud Christi Matth. 19. Quos DEUS conjunxit. Quo sanè dicto omnib. hominib. interdictum apparet, ne mutuâ voluntate solvant quod à DEO ipso est colligatum, ut nihil huc faciat *l. nihil. 35. de reg. ju.* cum tantummodò de his quæ à potestate utriusque partis pendent, loquatur *Heig. p. 2 q. 16. n. 5. & 6.* Et hæc Christi regula non saltem loquitur & intelligenda est de personis in matrimonio jam viventib. sed & de sponso & sponsa per publ. sponsalia tantum copulatis & obligatis. VVittebergenses in quod cons. matrim. Et si contrarium statueretur, multa sanè sponsalia legitimo modo celebrata, hoc modo irritarentur à levib. hominib. Quod pessimi esset exempli. Quid igitur in hac discrepantia dicendum? Mihi viâ mediâ ad exemplum Imperatoris Justin. & veter. Jctor. in aliis dubiis & ab utraque parte probab. rationes habentib. quaest. (§ cum 7. §. sed cum 1. qui § ex quib. cau. man. §. sum 25. §. & post multam. 1. de rer. div. l. adeo. 7. § cum quis 7. §. est tamen de adq. rer. dom. l. filio 7. ut legat. nom. l. 3. §. quid est. si pars her. pet.) incedendum esse videtur, & statuendum: ut partes in hoc casu gravib. ac severis admonitionibus & comminat. div. ad concordiam & reconciliat. redigantur, pœnisque competentib. ob levitatem istam & temeritatem habitâ ratione personarum & circumstantiarum à magistratu puniantur. Sin v. hac ratione non possint persuaderi ut stent promissis, tunc perquam periculosum esse arbitror, si personæ istæ ad matrim. consum. metu pœnæ cogantur, Cum coactiones frequenter difficiles habere exitus soleant, *c. requisivit. 17. de sponsal.* Sed vellem potius, ut utrique parti interdiceretur, ne alterâ vivente cum alia persona sponsalia vel nuptias celebret; sed innupta maneat, ut saltem tædio perpetuæ viduitatis & solitariae vitæ ad prius consum. matrim. instigetur *arg. l. 5. in fin. pr. ut in poss. legat.* Neutiquam v. ob solum partium dissensum dissolvantur ejusmodi sponsalia per ea quæ tradit Chemnit. d. lo.

B 3

Rati-

XIII.

Ratihabitionem patris in nuptiis liberorum locum habere, adferere impium non est.

I. Regulariter enim omnis ratihabitione retrotrahitur & confirmat ea quæ gesta sunt antea, fingitque jussum, mandatum, consensum ab initio intervenisse, *l. fin. C. ad SC. Mac. l. 25. C. de don. int. vi. Et ux. l. 16. §. 1. de pign. l. 60. de R. I. c. 10. eod. c. 2. de pact. l. 1. §. 6. quod jussu.* Quidni ergò in nuptiis? Cum tutius inque hoc casu æquius sit, stare regulæ generali ac secundum illam judicare, donec expressâ aliquâ lege non v. conjecturis aut rationib. parum validis probetur exceptio, *c. 3. in fin. de caus. poss. Et propr.* Qui enim regulam pro se habet, rem certam habere, dicitur & probè fundatam suam intent. *l. 5. de probat. l. 2. si quis in jus. Voc. d. c. 3. circ. fin.* II. Confirmant. hoc *l. si quid. 13. pr. de his qui not. inf. l. si 13. §. si quis 6. ad l. Jul. de adult. l. eos. 65. §. 1. de rit. nupt.* qui textus de eo casu loquuntur, quo pater ratas habet nuptias ab initio inscio ipso contractas. III. Suadent & *l. 5. Et 7. C. de nupt. l. 7. §. 1. de sponsal. l. 25. de rit. nupt. l. 68. de jur. dot. c. mulier. 32. q. 2.* In quib. textib. dicitur: quod tacitus patris consensus in nuptiis liberorum sufficiat, & favore matrimonii pro expresso consensu vel jussu habeatur. Cur itaque contra favorem matrimonii expressam ratihabitione: in nuptiis sufficere vel locum habere negabimus? IV. Quid quod ratihabitione in delictis (in quibus etiam mandatum & jussus requiritur *l. 1. §. 12. de Vi Et Vi arm.*) locum habeat mandatoque comparetur, *d. l. 1. §. sed Et 14. l. 152. §. 2. de R. I.* Si in causis tam arduis & planè odiosis, ubi etiam vitæ periculum versatur, id procedit. Quis non videt? multò magis hoc dicendum in causa matrimoniali: aliàs admodum favorabili.

XIV.

An tutor suspectus ob latam culpam remotus fiat infamis? Negativa Dd. comm. opinioni subscribere tutius hic esse puto.

I. Per §. 1. *suspectus 6. de susp. tutor.* ubi generaliter negat Imp. ob culpam remotum tutorem suspectum infamem fieri. E. generaliter quoque tam de lata quàm levi & levissima culpa est intelligendus. Quod n. de genere dicitur & verum est, idem in omnib. debet valere speciebus. *arg. l. Julianus 68. pr. de lega. 3. l. 41. §. 1. de lega. 2. Et c.* Neque nostrum est distinguere, ubi lex non distinguit *l. pretio. 8. de publ. in rem act. l. 1. §. generaliter. de legat. præstand.* Nec evertit præcedentia, quod vulgò à Dd. receptum est, quod Culpæ vocabulum simpliciter positum de levi duntaxat sit accipiendum, *per. l. 23. de R. I. Et c.* Quia hoc verum est secundum subjectam materiam, &

riam, & ubi aliter accipi non potest; non v. semper & generaliter, modò n. pro lata culpa ponitur, ut in *l. 22. § 3. ad SC. Treb.* modò pro levi *d. l. 23. quod v. d. § suspectus 6.* de lata culpa loquatur, evincitur ex eo, quia in *d. §. culpæ* vocabulum opponitur dolo, jam vero certissimum est & vulgatissimum Dd. pronunciatum, textus legum de eo potissimum casu intelligendos esse, de quo maximè dubitari potest, *per. l. quod 9. in fin. & ibi gl. in verb. de eo. de Carb. ed. l. 1. §. fin. in fin. de municip.* De levi autem multò minus de levissima culpa neminem puto dubitare quin ob eam infamia non irrogetur. E. neque de levi sed lata duntaxat culpa, de qua maximè aliàs dubitari potuisset *d. §. loquitur; add. l. 30. §. in hac 3. ad l. Aquil.* Quid? quod nusquam expressè legatur in jure nostro, ob levem tantum culpam tutorem removendum esse à tutela, sed semper mentio fit doli & latae culpæ, *l. 7. §. 1. l. 3. § 5. & §. 17. l. 4. §. fin. de susp. tuto. l. 2. 4. & §. C. eod.* Imo culpam levem non sufficere ad removendum tutorem quasi suspectum, videretur colligi posse ex *l. ult. in fin. I. de susp. tutor.* (argumento ducto ex *d. §. ult.* à contrario sensu, quod procedit & validum in jure nostro est, ubi modo nullus textus legis contrarium docet, vel absurdi quid sequatur Everh. in top. quorum neutrum hîc reperitur) *l. 8. d. t.* Deinde confirmatur id quoque tali argumento, ob eam culpam removetur tutor, quæ facit eum suspectum fraudis, § *5. cum seqq. I. de susp. tut. §. 5. I. de curat. l. 31. § 1. de reb. auth. jud. l. 8. de susp. tut. l. §. C. eod.* Culpa autem levis non facit tutorem suspectum fraudis, Ideò n. levis dicta est, quod nullà planè conjecturâ colligi possit animus fraudis dolive conscius, *l. 22. §. 3. ad SC. Treb.* E. Si itaq; ob levem culpam tutor non potest quasi suspectus removeri, Impossibile sanè est vocabulum culpæ in dicto §. suspectus 6. ad levem referri posse culpam. Aliàs ridiculum esset quærere: An ob levem culpam remotus tutor quasi suspectus fiat infamis, cum tamen ob levem culpam non possit quis removeri. II. Pro confirmat. comm. neg; op. *fac. l. ult. C. de susp. tut. l. 3. § ult. D. eod. junctâ l. 4. § fin. & l. 7. §. 1. eod. l. 2. V. nec C. de his qui accus. non poss.* Nihil movet quod dissent: volunt vocabula negligentiae, desidia, segnitiei, calumniae &c. in d d. LL. posita, denotare levem duntaxat culpam. Quia resp. vocabula ista esse generalia & pro subjecta materia nonnunquam levem, modò etiam latam significare culpam, ut in hac materia, quod satis patet ex *d. l. 7. § 1. & l. 2. C. de his qui accus.* ex quib. cæteri textus obscuriores sunt declarandi III. Quid! quod tutorem ob latam culpam remotum debere infamiâ notari nullà lege expressè dicitur. E. neque id temerè statuendum, Sine lege enim loqui & aliquid adserere erubescere debemus. *N. 18. c. 5. pr. l. illam 19. V. superstitib. C. de collocat N. 2. c. 3.* In causis præsertim ad honorem & estimationem alicujus pertinentibus (qualis præsens est) in quibus ita temerè vagari non oportet monente Ulp. in *l. prætor. 7. pr. de injur.* IV. Accedit quod odiosa sunt restringenda, neutiquam amplianda & extendenda sine autoritate legis *c. odia de R. I.* V. Denique in dubiis articulis

articulis & quaestionibus eam esse recipiendam & amplectendam sententiam quae benignior sit & æquior, multis in locis sæpissimè inculcatur, l. 192. § 1. de R. I. l. 3. de his quæ in testa. del. l. hæc 10. in fin. pr. de cond. & dem. l. 10. §. 1. de reb. dub. l. cum 14. C. de fid. lib. Quidni ergo & in hoc præf. casu?

XV.

Substitutionem furiosisvel mente captis liberis à patre factam, statim extinguere cessante furore nec si in eund. post temporis aliquod spatium, morbum vel vitium reinciderint, reconualescere verius esse puto.

I. Substitutio enim quasi pupillaris (quam quidam exemplarem vocant) ad exemplum pupillaris est inducta § qua 1. de pub. subst. Hæc v. cessante causâ finali, ætate scilicet pupillari & adveniente pubertate evanescit ac in totum infirmatur, d. § 1. & § masculino 8 I. de pub. subst. E. & quasi pupillaris furioso resipiscente & sic morbo seu vitio propter quod non poterat sibi facere testamentum, cessante ac desinente, in totum evanescet. Goth. ad l. humanitatis 9. C. de imp. & al. subst. Ratio est quia tunc furiosus tempore intermissi furoris, licet is postea recurrat, testamentum sibi ipsi condere potuit, § 1. I. quib. non est perm. fac. testa. l. 43 pr. de vulg. & pub. Si itaque suo jure per id tempus quo furor eorum intermissus est, non usus fuerit nec testamentum fecerit, sibi ipsi id imputare debet, unde in d. l. humanitatis. 9. iis saltem substituere permittitur qui perpetuo mente capti sunt. II. Probat hanc concl. l. humanitatis 9. C. de imp. & ali. subst. ibi. si resipuerint, talis substitutio cessat. Cessare vero hîc dicitur, quod ipso jure & amplius omninò non subsistit, arg. l. in testam. 12. C. de testa. mil. III. l. ex facto. 43. pr. de vulg. & pub. ibi: quatenus perseveret in ead. valetud. & c. it' desinere valere testamentum, & rumpi substitutionem. Si itaque semel resipiscente furioso substitutio cesset, rumpatur ac testamentum desinat valere, quomodo quæso id quod ruptum est, quod semel valere desiit vires reassumere de novo potest furore recurrente. vid. § poster. 2. I. quib. mod. testa. inf. textum ad propositum. valdè accommodabilem in l. qui res 98. § aream. 8. de solut. l. servus. 27. § 1. de adim. lega. arg. l. 15. de ini. rupto. IV. Præsertim cum q. pup. subst. contra juris communis regulas humanitatis saltem intuitu, uti dicit Imp. ipse in d. l. humanitatis 9. sit permessa. Minimè itaq; latius quam leges volunt atque permittunt, extra terminos contra communis juris regulam & rationem extendenda erit, l. quod 9. de L L.

XVI.

Vetus est inter Interpp. juris Civ. controversia. Num mulier in concursu Creditorum ratione suæ dotis illata præferenda sit

renda sit non tantum hypothecam anter. tacitam; sed & expressam habentib. Creditorib. in bonis mariti? Quam sanè controu. si secundum leges civ. ab Imp. Justin. non frustra nobis præscriptas, decidere ac dirimere velimus, affirmatiua decisio verissima erit licet contrarium constit. Electorali 28. p. 1. sit approbatum.

I. Propter textus juris generaliter loqq. *l. un. C. de rei ux. act. l. in reb. 30. C. de jur. dot. l. assiduis 12. C. qui pot. in pign. N. 109. c. 1* Cum itaq; jam adducti textus, omnes generaliter loquantur, mulierem scilicet ratione suæ dotis omnibus Creditorib. præferendam esse, sanè nostrum non erit distinctionem aliquam fingere & sic novam legem condere, sed potius memores esse debemus, quod sæpissimè in jure nostro inculcatur, Textu non distinguente nec nos distinguere debere; sed secundum generalitatem istius pronunciare *l. 41. § 1. de lega. 2. l. 15. in fin. de testa. mil. l. 11. § 1. locat. l. 147. de R. I. c. 13. de off. del. & simil.* II. Suadent & hanc aff. concl. satis superq; rationes juris potissimum ab Imp. Justin. in d. l. assiduis 12. adductæ. Prima est fragilitas mulierum. Secunda quod mulierib. tota penè substantia in dote constituta sit. Tertia oportere maritos Creditorib. suis ex sua substantia satisfacere, non de dote mulierum quam ad suos vitus suasq; alimonias istæ possident. Quarta sumta à misericordia. Quis enim inquit Justin. non misereatur earum propter obsequia quæ maritis præstant, propter partus periculum & ipsam liberorum procreationem. Quinta ne damnatum patiantur suisq; rebus defraudentur mulieres. Sexta additur ab Augusto in *l. 30. C. de jur. dot.* Quia dos non videtur ad maritum pervenisse, sed naturali ratione in uxoris dominio mansisse. Quæ rationes sanè omnes & singulæ conjunctim vel disjunctim, sumtæ, nonnè æque locum habent & militant contra Creditores anter. expressam hypoth. ac tacitam habentes? Cur igitur diversum jus; diversam decis. inducamus? Cum verissimum juris nostri pronunciatum adsit, ubi ead. ratio, ibi ead. juris dispositio, per not. III. Adhæc reip. interest, dotes suas salvas habere mulieres, *l. 2. de jur. dot. l. 1. sol. matri. l. 18. de reb. auth. jud.* Quod autem publicè utile est & prodest, præponendum ei quod specialiter quibusd. saltem, *l. un. § 14. in fin. C. de cadu. toll.* IV. Quid! quod in dubio semper pro dote sit pronunciatum *l. in 85. de R. I. l. 70. de jur. dot.* V. Hancq; sent. judicando fuisse adprobatam in Camera Imp. (quam inferiora judicia tanquã caput membra meritò sequi debent, arg. § ult. I. de satisdat.) testis est. *Myns. c. 4. obs. 13. & Author incertus in decis. seu præjud. Cam. Imp. verbo hypotheca in pr. (quem refert Joach. Scheplitz in consuetud. March. p. 3. t. 2. § 24. q. 1. n. 4)* qui dicit bis Anno sc. 1585. & 1592. juxta hanc sent. pronunciatum fuisse in Camera. Secutum quoq; esse inclytum Facultatis Jurid. Tubing. Collegium; ut & supremum VVürtenb. Consistorium scribit Harprecht *p. 2. Diss. Inst. 6. th. 20. lit. B.*

C

EX JURE

EX JURE FEUDALI.

XVII.

*Admodum anceps, intricata ac dubia est juris feud-
questio: Utrum ex feudis novis paternâ pecuniâ comparatis
legitima filiâb. debeat? Negat. sent. juri feudali ejusq; ra-
tionib. magis consentanea mihi videtur.*

Tum (I) quod nusquam in toto jure feud. scriptum reperitur, le-
gitimam aliquam portionem filiâb. ex feudalib. bonis nec quoad ipsa cor-
pora feudalia, nec quoad eorum æstimationem deberi, imò potius sapissi-
mè ab iis removentur & excluduntur, cum ergo jus feudale (ex quo ejusq;
principiis præsens quæstio meo quidem judicio omninò decidenda est) ni-
hil de legit. quad. port. disponat, nec nostrum quoque erit temerè id adse-
rere, notissima siquidem juris regula est: sine lege aliquid affirmare erubescere
debemus. *N. 18. c. 5. pr. Et sim.* nec sine certa juris autoritate quidquam
facile dicendum. *c. is qui 18. in fin. pr. de sent. excom. in 6.* multò minus in
praxi id usurpandum. Quod enim lege non cavetur, in practica non habe-
tur. *Dd. all. à Jac. Schultes in addit. ad Mod. Pist. q. 126. n. 169. Et 170.*
Tum (II) quod legitima de bonis duntaxat hered. tempore mortis defuncti
reperitis adque omnes liberos æquali jure sine ulla sexus distinct. pertinen-
tib. debetur, *per. l. scimus 36. in fin. pr. C. de inoff. testa. l. 6. C. eod.* Pecunia
autem ista, pro qua emptum fuit feudum, mortis tempore non amplius
reperita est in bonis allod. vel hered. sed jamdudum collata in emtionem
feudaliū bonorum, quæ sanè bonorum hered. appellatione nunquam com-
prehenduntur, præsertim quando inter hæc diversa adsit ratio. *c. un. § in
generali 2. f. 26.* Sequitur ergo necessariò legitimam de bonis feud. etiam à
patre emptis non deberi, quia uti dictum detrahenda ea est de tota asse here-
ditatis, III. Confirmatur præterea hæc sent. per certam & immotâ juris re-
gulam, illos sc. qui ab intestato non succedunt, legitimam petere neutiquam
posse *l. posthumos. 6. §. 1. de inoff. testa. l. cum 6. l. si 8. C. eod. l. illud 20. de collat.*
Ratio est: quia legitima portio nihil aliud est quàm portio ejus quod ab inte-
stato habiturus quis esset, *l. 8. §. quoniam. de inoff. testa. l. 8. Et gl. in auth.
novissima C. eod.* Necessum itaq; est, ut qui velit petere legitimam, præsup-
ponatur prius ab intestato quem succedere posse, aliàs siquidè quod non est,
nec debetur, quartam aut aliam partem de eo dari impossibile & ridiculum
est, *l. ejus qui. de reb. cred. l. si quis § si ancilla de exc. rei jud.* cum non en-
tis nullæ possint esse fingivè qualitates aut partes. Atqui extra omnem con-
troversiam est filias à feudi successione tam testamentaria (nulla enim or-
dinatio defuncti in feudis valet *c. un. pr. 1. f. 8*) quam legitima regulariter
esse penitus exclusas, per textus feud. collectas à *Schoner. disp. feud. 7. th. 1.*
Ex his ergo necessario iterum infertur, nullam portionem quoque legitimæ
nomine

nomine ad filias pertinere posse, Qui enim repellitur à toto, repellitur quoque à qualib. ejus parte, cum idem juris sit in parte, quod juris est in toto *l. quæ 76. de R. V. l. si 53. de usufr.* IV. Facit quod legitima nulla liberis debeatur, nec ea peti possit respectu bonorum in vita parentis alienatorum, sed saltem de iis bonis, quæ tempore mortis supersunt, cum vivo parente nimis præmaturè de ea quaratur, *l. 1. § 21. de collat. bon. l. 6. C. de inoff. testa.* At pecunia quam pater in emtionem bonorum feud. collocavit, tempore mortis patris non amplius fuit in hered. sed eo adhuc vivente alienata & à cat. bonis quasi separata. E. Alias rat. vid. apud Schrad. *in tr. feud. p. 7. c. 5. n. 49. & seqq.* Ubi num 55. testatur; in gravissima tali facti specie V Vittebergenses olim secundum hanc sent. pronunciasse, idem scriptum reliquit P. Heig. *p. 1. q. 25. n. 69. de Lipsensib. Francofurt. Magdeburg. V Vitteberg. Hallensib. aliisque.*

XVIII.

In dubium à nonnullis vocatur: Num vasallus feudum irrequisito Domini consensu hypothecare possit? A negantium parte non discedendum arbitror.

I. *Per c. un. in fin. 2. f. 8.* ubi dicitur: quod feudum sine consensu domini in pignus dari non possit. E. neq; in hypothecam. *arg. l. si 11. § jura 3. de pign.* ubi eod. modo argumentatur Marc. J Crus à pignore ad hypothecam. Ratio est: quia generaliter positum, generaliter quoq; est intelligendum, cum vis generalis locutionis ea sit, ut omnes species sub se comprehendat, *l. 41. § 1. de lega. 2. l. 15. in fin. de testa. mil. l. 11. § 1. loca c. ex parte. 13. de off. deleg.* Pignoris a. vocabulum non tantum pignus in specie dictum, quando scilicet rei pignoratae possessio ad Creditorem statim transeat, denotat, sed & hypothecā, quando scilicet res hypothecata penes debitorem manet, ut patet ex *l. 1. de pign. act. fac. l. 5. §. pen. de pign. § it. serv. I. de act.* Imò pignus & hypothecam ut plurimum pro uno eodemque accipi, patet ex *l. 3. C. de legat. l. 2. C. de prat. pign.* II. Ratio prohibet: cur feudum oppignorari non possit, est quod proprietas istius pertineat ad dominum feudi, non vero ad vasallum, licet is possessionem habeat, *d. c. un. 2. f. 8. § quamvis enim.* Res autem aliena pignori hypothecavè dari non potest. Satis enim absurdum est & irrationabile (ut inquit *Imp. in l. 3. § sed. 2. C. com. de lega.*) rem quam in suis bonis purè non possidet, eam ad alios posse transferre, vel hypothecæ pignorisvè nomine obligare vel manumittere, & alienam spem decipere. Quæ ratio cum æquè militet in hypotheca ac in pignore, non certè video, cur diversum fingere velimus jus contra certiss. juris pronunciatum: ubi eadem ratio &c. III. Quia vasallus meliorem feudi condit. facere potest; deteriores non item sine domini consensu *d. c. un. 2. f. 8. § 1.* Jam verò æquè deterior fit conditio feudi per hypothecationem quàm oppign. quæ expressè prohibita est, *d. c. un. in fin.* Si enim debitum non solvat Vasallus Creditor hypothecarius non minus actionem

habet ad hypothecam persequendam eamque distrahendam quam quod pignoris loco jam ipsi traditum erat, § *item serv. I. de act.* Et locum hic habebit regula juris quæ dicit: Quod is qui actionem habet ad rem, ipsam rem habere videatur, *l. is qui 15 de R. I. l. id 143. de V. S. E.* IV. Quia feudum non tantum oppignorari, verum etiam quocunque modo distrahi seu alienari prohibetur. *c. un. 2. f. 52. §. habito.* Ubi autem vel lex vel testator vel pactio contrahentium alienationem prohibuerit, non solum domini alienatio vel mancipiorum manumissio est prohibita, sed etiam ususfructus, datio, vel hypothecæ vel pignoris nexus penitus prohibetur. textus expressus, clarus & perspicuus *in l. ult. C. de reb. al. non al. l. 3. §. sed 2. C. com. de legat. E.* V. Facit *c. un. 2. f. 52.* ubi decernitur: nemini licere beneficia, quæ à suis senatoribus habent, sine ipsorum permissione distrahere vel aliquod commercium excogitare, per quod imperii vel dominorum minuat authoritas. E. hypothecationem quoque feud. prohiberi hinc quis non videt? VI. Nec minus in hypothecæ constitut. quam pignoris obligatione invito & non consent. domino facta, vasallus contempsisse videtur dominum, cujus ad sensum non requisivit. VI. Non parum juvat hanc sent. quod non modo firmis. ea nitatur fundam. & juris textibus. sed & quod usu quotid. sit recepta & confirmata, teste Vesenb. *de feud. c. 11. n. 5.* Atqui in quæstionibus dubiis ac controversis ea sent. omnimodò esse amplectenda & retinenda, quam usus adprobavit, cum usus & consuetudo optima sit legum. interpret *l. 37. de LL.* Quam etiam in terris Sax. Elector. Augustus adprobavit & confirmavit. *p. 2. Const. 23. §. Wann auch.*

EX JURE CANONICO.

XIX.

Distinctionem sponsalium verbalem de futuro & de presenti. in jure Can. extantem, à plerisque receptam & approbatam esse video. Mibi verò semper ista displicuit, & etiamnum displicet cum Dn. Luthero p. m.

Sunt enim & definiuntur rectissime sponsalia mentio & repromissio futurarum nupt. tam de jure Can. quam civ. *l. 1. de sponsal. c. nostrates. 30. q. 5.* Et nihil aliud sunt quam prævius quidam tractatus de futuris nuptiis contrahendis; unde & spes nuptiarum sive matrimonii dicuntur, *l. si 6. de sponsal. l. si 13. §. Divi. 3. de adult. l. 2. C. de repud. l. 1. §. 2. pro dote.* Ubi sponsus definitur qui nuptias quidem promisit sed nondum maritus est. Differunt itaque sponsalia & nuptiæ ut prius & posterius, & ut spes à re ipsa. Illa enim semper præcedunt, hæ semper sequuntur, & certè aliud esse nuptias contrahere, aliud, ad contrahendas se obligare nemo non videt. Initio autem posita definitio omnibus sponsalibus. (sive ea vocentur de futuro sive de præf.

de præf. siue quis dicat Accipiam Te uxorem, siue accipio) competit. Ergo necessario sequitur nullam esse realem distinct. inter spons. de fut. & præf. Quæ enim definit: non diff. reipsâ quoque non differunt. Et hanc distinct. tanquam omni ratione carentem rejicit D. Luther. in libello von Ehesachen/ tom. 5. Jen. germ. § gleich wie sie auch ein lauter Narrens Spiel getrieben haben cum verbis de præf. & de fut. propterea quod apud Germanos nulla sit distinct. inter hæc loquendi formulas, Ich wil dich zur Ehe nehmen / oder ich nehme dich zur Ehe It. Dn. Sal. Gesner. in compend. doct. cælest. in lo. de conjugio Borch. de grad. sub. tit. in quib. diff. matr. & spons.

XX.

Responsum Innocentii ad facti speciem in c. tua. 26. de Sponsal. propositam, rectè improbat ac rejicit Beza in tr. de repud. pag. m. 85.

Nemini enim fraus sua & dolus patrocinari ac prodesse debet, l. 1. de doli exc. l. verum. 63. § hoc quoque 7. pro socio. c. ex insinuat. 50. in fin. de appellat. nec ullum fructum calliditatis obtinere l. dubium 3. C. de repud. l. 25. C. de legat. Sed potius ipsi tantum qui dolum commisit, nocere debet l. is qui 9. quæ in fraud. cred. l. 1. in fin. si quis aliq. test. prob. pœnamq; ejus sufferre, l. si 15. de tut. & rat. neutiquam vero alteri alterius dolus nocere debet, l. 11. de dol. mal. exc. l. 2 §. 1. si quis aliq. test. prob. l. 2. quod quisque jur. l. sed. 7. § prætor. 11. de publ. in rem act.

XXI.

Ex c. inter opera 20 de sponsal. (ubi Clemens III. cur publicas mulieres de lupanari extrahendas & ducendas in uxores esse suadet, hanc rat. subjicit, quia non minimum charitatis est opus errantem ab erroris sui semita revocare) sic argumentor atq; infero contra Pontifices ac Pontificios.

Quicumque opera charitatis præ cæteris exercere debent & errantes ab errore suo revocare, iis etiã unicè incumbit, ut mulieres istas publ. de lupanari extrahant cumq; iis matrimonium ineant. At Pontificib. Pontificiisque Christi (scilicet) vicariis veræque Ecclesiæ Pastoribus præ reliquis bona opera, charitatis præsertim exercere incumbit (multum enim clamitant de bonis operibus faciendis) & ratione officii errantes oviculas in viam rectam reducere. E. sequitur ex propria ipsorum doctrina, Pontificios (ut aliis bono charitatis exemplo præeant) mulieres istas publ. & inhonestas, (honestas enim ducere isti nolunt imò nec debent, cum in nullo honestæ mul. hæreant errore) de lupanari extrahere inque

uxores ducere debere. Quod ut faciant, ipsisq; proficiat in remissionem.
peccatorum omnium Lutheranorum votum unicum esse arbitror.

EX JURE SAXONICO.

XXII.

In foro Saxon. admodum dubia, & anceps est questio: An in concursu Creditorum es alienum à marito. prædefuncto contractum in subsidium de Gerada quoque, quam alias lucratur vidua, sit exsolvendum, an vero vidua prius Geradam suam deducat, antequam es al. solvatur Creditoribus? In hac questione modò negat: modò affirm. in uno ac eod. Scabinatu ac Dicasterio pronunciatum fuit, Mibi v. æquior jurisq; principiis ac rationibus convenientior videtur aff. sent. de Gerada scilicet mariti debita solvenda quoq; esse in subsidium.

Cum enim hæc questio in jur. Sax. non expresse sit decisa, ideò meritò recurrendum erit ad jur. Civ. disposit. & videndum quidnam ex ejus principiis & rationib. sit statuendum. In isto autem jure reperio non semel sed sæpissime ab Imp. Justin. rescriptum, 'Quod satis iniquum & absurdum sit, eos qui de lucro captando litigant, præferendos esse iis qui suum repetere cupiunt & sic de damno vitando laborant, uti in simili casu rescribit Imp. in l. fin. § Et si præfatam 4. in fin. C. de jur. del. dicens: satis absurdum esse Creditorib. quidem jus suum persequentibus legitimum auxilium denegari, legatariis verò qui pro lucro certant, suas partes leges accommodare. Consentit Ulp. in l. 14. § i. in fin. d. relig. Et sunt. fun. ibi: melius est legatarium non lucrari quàm emtorem damno adfici, idem in l. non debet 41. ff de R. I. ibi: in re obscura melius est favere repetitioni quam adventitio lucro. Atqui Creditores certant de damno vitando, Vidua vero Geradam petens de lucro captando. E. nec movet quod viduæ gerada debeat ex provif. & disposit. juris Sax. non mariti, nihilominus tamen hoc manet, eam pervenire ad viduam ex causa lucrativa. Et quamvis D. Mod. Pist. q. 32. n. 8. ad hoc fund. responderi posse putat; nimirum geradam viduæ deberi ex beneficio juris Sax. vor ihre frawliche Gerechtigkeit/ ut dicitur in Const. El. 37. p. 3. & operis ipsius, qua de causa & ipsa videri potest Creditrix aut causam onerosam fovere, cum & ipsam oporteat sustinere onera matrimonii, adhibere operam, curam & industriam in conservandis, administrandis & augendis rebus domesticis. Ad hanc tamen illat. responsio facilis est, cum suis in jure momentis non consistat, Nam licet uxor onera quidem matrimonii sustineat, attamen suffert ea non spe successionis alicujus aut lucri futuri, sed officio & jure debito conjugali, præsertim.

præsertim cum pro istis onerib. operis & curis domesticis alimenta interim à marito percipiat & mutua ipsius officia. Quid quod & ipse maritus non minus quàm uxor, imò majora matrimonii onera sustinere cogitur. Quamobrem ratum adhuc & firmum manet, uxorem geradam accipere magis lucrativo quàm oneroso titulo, ut ideò hac rat. Creditorib. ex causa onerosa atque ita de solo damno vitando certantib. haudquaquam anteponi debere videatur. II. Pro aff. decis. videtur & sic quis argumentari posse: Gerada debetur uxori ex bonis mariti prædefuncti, H. Pist. à nobis diff. q. 31. n. 5. At certissimum est in jure nostro: Bona cujusq; non intelligi nisi deducto zre al. l. 39. § 1. de V. S. l. 8. § 4. C. de bon. qua. lib. E.

XXIII.

An Arrestum factum intra 30. à morte alicujus diem, Ad art. 22. lib. 1. valeat, ita ut Arrestans reliquis Creditorib. post 30. arrestantibus. Landr. præferatur? Negantium partes retinendas esse arbitror.

Propter textus cum gl. germ. ad verb. *Der Erbe mag wol* art. 22. li. 1. Landr. ubi expresse prohibetur, ne creditores ante 30. diem debita sua reposcant vel alio modo heredes inquietent, Item ne judex immissionem in bona hered. vel arrestum decernat. Ratio hujus forsan est, ne vidua, liberi, heredes, Cognati & Affines defuncti summi luctus tempore molestentur & eorum luctus augeatur afflictisque afflictio alia addatur contra l. 14. de off. pres. l. 25. in fin. C. de nupt. c. ex parte de Cler. egrot. c. cum. 2. causa. 7. q. 1. Syrach. c. 4. §. 3. Arrestum itaque ab uno Creditore ante lapsum 30. petitum omninò invalidum erit, etiamsi legitimo modo, hoc est, de una quindena ad aliam fuerit renovatum, ita ut cat. Creditorib. post 30. arrestantib. nullum præjudicium inde oriatur, Quodcumq; enim contra legis vel juris prohibet. fit, non solum inutile esse, sed & pro infecto haberi, licet expresse prohibitioni non additum fit, inutile esse debere quod factum est, sancit Imp. in l. 5. C. de LL. add. l. 16. de opt. lega. Et cum hac juris Sax. disposit. consentit re ipsa jus Civ. in N. 115. c. 5. § 1. Ubi invalida pronunciat Justin. Imp. ea omnia quæcumque à Creditorib. vel aliis personis intra 9. dierum spatium post mortem alicujus, sive cautio sit sive promissio, sive fidejussio, exigantur, Quod igitur ibi de spatio 9. dierum dicitur, id jure Sax. rectissime atq; adpositè 30. accommodabitur, Cum dies 30. surrogati quasi videantur in locum 9. dierum. Surrogatum autem sapiat naturam surrogati, & adsumat omnes ejus qualitates, condit. & vices, textus ad rem non inconueniens in l. 14. pr. vers. his scilicet C. de non num. pec. & ibid. Sich. n. 9. add. l. 28. § 1. de jurejur. §. 2. l. de vulg. & pup. Et hanc sent. usu observatam fuisse testatur Treutler. pag. 2. disp. 32. tb. 7. lit. c.

An jure



An jure Sax. (nam ju. Civ. Justin. nullum dubium) heredes Locatoris teneantur invitare locationi à defuncto in certum tempus facta? Sunt qui aff. (a) Sunt etiam & quidem comm. ferè juris Sax. Interpp. qui negant, & ea propter different. inter jus Civ. & Sax. faciunt (b) A quib. nondum discedo (c) Etsi non ignorem Const. Elect. Sax. priorem sent. adprobatam esse p. 2 Const. 37.

a) Novissimè Dn. Jac. Schultes in magna addit. ad process. Termin. c. 159. n. 3. cum seqq. ubi scribit: Errasse illos qui different. juris Sax. & Civ. introduxerunt, seque pro sua aff. sent. habere textum in jur. Sax. apertum, qui disertè heredes locatoris ad conventionem observandam adstringit in lib. 2. Landr. art. 59. ubi dicitur: *Stirbet der Herr (locator scilicet) der Man (conductor) giebt auch den Zins den er dem Herrn gelobt hat / ihnen an den das Guth fället / (heredi) An v. jam prolatus textus tam sit apertus, ut probet ipsius opin. alii judicabunt. Mihi sanè non videtur, dicitur quidem ibi: Conductorem post mortem, locatoris præstare debere mercedem vel pensionem heredi ipsius, Quid igitur! num propterea quod invitatus teneatur heres stare locationi? De eo nullum verbum. E. nec ex d. art 59. decidi id potest, sed potius recurrendum erit ad alios juris Sax. textus pro contr. sent. adductos lit. c.*

b) Schneidebb. Fachs. Reinh. Zobel. Coler. qui omnes unanimiter testantur, usu practico ita observatum fuisse, & secundum hanc sententiam quond. pronunciaffe Lips. patet ex sent. defm. Sax. à Georg. Beato editis part. 1. de contract. tit. 24. c. 14. 15. & 16. (c) Propter text. Landr. l. 3. art. 77. ubi habentur ista verba: *Thut ein Man sein Land aus vmb Zins oder vmb Pflege zu bescheidenen Tagen oder Jahren / also das man ihm besetzt wiederlasse / zu welcher Zeit er dann binnen den Jahren stirbet / man sol es seinen Erben also besetzt wieder lassen / dann es jehnen (Conductor scilicet) dieser der es aus thut (locator) nicht lenger gewehren möcht / denn dieweil er lebet. Accedit textus Landr. art. 9. li. 1. in fin. ibi: Stirbet einer der sein Guth einem andern aufflassen sol / dessen Sohn ist es nicht pflichtig auffzulassen. Etsi vero Diss. Dd. d. art. 77. loqui velint de usu fructuario & marito uxoris. Rectè tamen (meo quidem iudicio) Coler. decis. 8. n. 12. resp. injuriam fieri textui, tum (I) quod nullum ibi verbum de Usufr. & marito loquatur, textus igitur quod non dicit, nec nostrum erit dicere, cum erubescere debeamus absque textu aliquid affirmare per not. tum. (II) quod diserte dicat textus, *Thut ein Man sein Land* notetur verbum *Sein* / non alterius vel uxoris, in quo saltem habeat usumfructum, notentur*

Oh
R

notentur & hæc verba: *Seinen Erben wieder lassen* non dicit: *des Weis bes/oder eines andern des proprietarii Erben* prædicta itaque interpretatio minimè tolerari potest ac defendi, Dn. Jac. Schultes d. c. 159. n. 8. & seqq. nova interpretatione arbitratur textum d' art. 77. loqui de perpetua vel in longum tempus, hoc est, ad minimum in 10. annos facta locat. & quidem rer. immob. avitarum, quæ aliàs sine consensu heredum alienari non possunt. Verum (pace tanti viri dictum) isthic intellectus & sensus aliquo modo divinatorius mihi videtur tum (1.) quod d. art. 77. non loquatur præcisè de locatione perpetua vel minimum decennali, sed generaliter & sine certa certi temporis determinat: tum (2) quod nullo ex verbulo colligi possit sermonem ibi esse de bonis avitis immob. ead. igitur facilitate negari & quidem rectius ac tutius potest, quàm affirmari. Adhuc itaque cum Interpp. jur. Sax. haud postremis different: jur. Civ. & Sax. statuo, donec alia commodior textuique in d. art. 77. congruentior interpretatio adferatur.

XXV.

*Jure Sax. disponitur: Quod maritus mortuâ uxore lu- ad art. 76.
cretur omnia ipsius mobilia (exceptis speciebus ad Geradam li. 3. & art.
pertinentibus) census & redditus, si scilicet uxor moriatur 58. li. 2.
post diem vel terminum solutioni destinatum. Hinc inter In- Landr.
terpp. juris Sax. orta est controversia: Num illud temporis
momentum considerandum sit statim quo uxor moritur, an
verò sufficiat, si veniat aut existat solutionis terminus intra
30. à morte ipsius? Prius inspecta juris Sax. disposit. omninò
dicendum videtur.*

Per textum clarum in lib. 3. Landr. art. 76. in fin. ibi: *Stirbet sie (das Weib) nach dem rechten Zinstag/ / disß alles ist des Mannes heimgesfallen Gutr.* Ergo si ante tempus solutioni destinatum moritur uxor, nihil spectat ad maritum sed ad uxoris heredes, Attenditur enim hîc saltem mors uxoris. Accedit textus Landr lib. 2. art. 58. pr. & in § *Zins von Mühlen* / cum gl. germ. adverb. *Wo der Mann's Mercke nun weiter.* n. 4.

EX CONSTITUT. ELECT.

SAX.

XXVI.

*In p. 1. Const. El. 29. statuitur: Quod arrestum im- ad Const.
petratum spatio 14. dierum ter debeat renovari; In dubium 29. p. 1.*

D

autem

autem aliquando vocatum fuit, si arrestum primo Januar. factum, renovetur 16. Jan. & sic 15. à primo arresto die, num hujusmodi arrestum pro valido sit pronuntiandum? Pro aff. sent. in gravi causa judicatum fuisse refert Andr. Rauchbar. p. 1. q. 3 n. 3. A qua tamen rectè discedit.

Per d. Const. ibi: Schuldig sein sol als bald. & additur Vnd wo diese Form von einem Arrestanten vberschritten / so sol der gesuchte Kummer nichtig sein / Quib. ex verb. apertissime patet, tempus istud vel spatium 14. dierum pro certa forma Arresti renovationi præfixum esse. Jam certissimum est in jure nostro, quod quotiens lex, Statutum vel Constitutio actui alicui certum tempus certamq; formam præscribat, eâ non servatâ in minimo etiam, totus actus corruat & pro non facto habeatur, per l. scire 13. § 4. de excusat. l. 22. § 13. vers. non tamen C. de jur. delib. vi. Everb. in lo. à def. forma, præsertim si adposita sit Clausula cassatoria vel annullatoria, d. l. 22. § 13. ut in d. Const.

XXVII

ad Const.
15. p. 2.

In pr. Const. El. 15. p. 2. cavetur, mulierem sine Curatore nihil in judicio agere debere. Hinc aliquando dubitatum memini: Si uxor marito suo causam vel litem in judicio demandare velit, ipsumq; à satisfactionis onere relevare, an ad istum actum Curatore quoq; opus habeat; an v. sufficiat, si ipsa mulier coram judice hoc petat? In poster. proclivior sum sent.

Tum (1) propter d. Const. 15. in verb. so ordnen tum (2) propter judicis auctoritatem & adprobationem, cui plus meritò tribuendum est quàm Curatoris dicis gratia & perfunctoriè constituti auctoritati, l. ult. in fin. C. de appell. l. 8. C. de edific. priv. l. 8. C. de testam. Tum (3) quod subtiles, otiosæ, inanes ac supervacue solennitatum observationes in actu præsertim non magni momenti & nullius præjudicii, qualis noster est, non debent attendi sed potius tolli per. l. 4. § 6. C. de rec. arb. l. 6. C. de emanc. lib. Et hanc sent. Lipsenses judicando fuisse secutos restatur Andr. Rauchbar. p. 1. q. 2. n. 54. Nec contrar. probat opin. (prout putat Dan. Moll. r. serm. 18.) d. Const. 15. loquitur enim ista de actib. ad ipsum processum pertinentibus & merita causæ spectantibus. in quibus facile mulieres ob juris ignorantiam ab Adversaria parte decipi & circumveniri possent, nisi adhibeant Curatorem, quam rationem ipse Elector in pr d. Const. statim adducit ibi: Damit sie aus Mangel guts Raths vnd bedachts nicht vberseilet vnd hintergangen werden möchten. Quod sanè in presenti casu neutiquam timendum.

Rerum

XXIX.

*Rerum immob. hypothecatio vel oppignoratio sive spe- Ad Const.
cialis ea sit sive generalis fieri debet coram Domino territorii, 23. p. 2.
in quo bona ista sita sunt, vel coram Domino feudi, aliàs ea pro
invalida habetur. p. 2. Const. El. 23. Quid vero si ita solenni-
ter pignus alicui sit constitutum, num Creditor alii absq, no-
va insinuatione judiciali, rursus ea bona hypothecare possit?
In aff. opin. fuerunt Lipsenses, Negativam secuti sunt Jenen-
ses. Quam d. Constitutioni magis consentaneam esse puto.*

Idque propter rationem in d. Const. positam (ratio enim in dubiis constitutionibus ex quad. Const. vel lege promanantib. diligenter inqui-
renda est ac ponderanda quæ in similib. si obtinet, eandem quoque decif.
suadet & vice versa) quæ est, ne si insinuatio judicialis hypothecæ omitta-
tur, unica res plurib. Creditorib. extra iudicium obligetur hominesque
decipiantur, Quæ ratio etiam militat in creditore cui res judicialiter hy-
pothecata est, quam in priore debitore, Nonne enim Creditor simili modo
rem sibi oppignoratam duobus vel pluribus iterum pro debito hypotheca-
re posset, & sic suos Creditores decipere si ipsi concedatur extrajudicialis
hypothecatio? Cum ergo ratio d. Const. locum quoque habeat in Cre-
ditore, merito quoque ipsius Const. tenor suum vigorem retinebit, ve-
rissimum enim est, ubi ead. ratio, ibi idem jus. l. 2. de Cloac. l. 32. § oratio
16. de don. int. vir & ux. l. 32. pr. ad l. Aquil.

EX RECESSIB. IMPERII.

XXIX.

*Maximoperè dubia & in utramque partem in Cam.
Imp. disputata est questio: Num beneficium seu tenor Con-
stitut. de pace religionis Anno 1555. promulgatæ perti-
neat etiam ad subditos, ita ut quilibet sive Lutherana sive
Pontificia religioni addictus religionis suæ exercitium absq,
publico eo loci ubi degit, adversæ relig. exercitio conscien-
tiæ libertate utifruat queat citra metum ejectionis vel expul-
sionis continendo sese in officio & magistratui in cæteris obe-
diendo placideq, cum concivibus suis vivendo? Affirman-
tium sent. verbis de Const. convenientior viderur.*

D 2

I. Propter



I. Propter § **In solcher &c.** ubi hæc verba habentur, **Das die Stände**
de vnd Vnterthanen (notetur) **sich beständiger vnd gewisser Si-**
cherheit. Quibus verbis finis Constitut. patet, ut scilicet Statuum &
subditorum animi ad securitatem, concordiam & quietem erga sese invi-
cem redigantur. Nec ista pacificatio intelligi potest, ut quidam volunt,
de subditis diversorum tantum statuum, ne scilicet alter Status vel ejus
subditi alium statum ejusvè subditos turbent. Quid enim opus fuisset
novâ sanct. & pacificatione, cum nec ante hanc Const. alter Status ejusq;
subditi alterum statum ac ipsius subditos offendere fuerit permissum. E-
necessum est ut exaudiamus d. Const. de Magistratu cum suis subditis &
viceversa, ne videlicet ille in hos & hi in illum tyrannicè vel refractariè
religionis causa armentur turbando, molestando, ejiciendo. II. Et hanc
ob causam (ut scilicet utriq; religioni addicti eo majori in securitate, con-
cordia ac pace unâ & erga se invicem vivant & maneanr, **Gegen/ mit**
vnd bey einander sitzen vnd bleiben mögen / ut loquitur d. Const.)
suspensa est & inhibita jurisdictio Eccles. in omnibus causis ac negotiis reli-
gionē concernentibus ad Christianam usq; & amicabilem de religionis ne-
gotio inter Cæsarem Statusque Imperii composit. § **Damit auch.** E. quo-
ad subditos suspensa quoque erit, cum textus generaliter & indistinctè lo-
quens, generaliter quoque absque omni distinct. sit intelligendus, præser-
tim cum nemo aliàs jurisdictionem suam exercere possit nisi in subditos
l. fin. de jurisd. frustra igitur suspensa esset jurisdictio erga non subditos.
III. Probat ulterius § **Wo aber** / in quo expressè cavetur, ut si subditi
alterutri religioni addicti propter publ. religionis suæ exercitium cum
uxore ac ac liberis bonis omnib. vel secum ablatis vel justo pretio venditis
locum habitationis mutare inq; aliud sese conferre velint territoriū (note-
tur verbum **Wolten** quod libertatē denotat non necessitatem) liberum hoc
eis relinquatur. E. à contrario sensu sequitur, si nolint discedere, sed placidè
manere, cogi eos non posse vel ad emigrationem vel alterā relig. amplecten-
dam. At inquires, habent quidem subditi liberum arbitrium vel emigrandi
vel manendi, illud vero cum exercitio propriæ relig. hoc cum alterius. Sed
quæ quæso esset ista libertas? nulla certè aut planè exigua. Quid enim si
subditus quispiam nollet relig. alteram amplecti, nonnè hac rat. ad emi-
grandum cogeretur vel vice versa. Quod sanè esset contra d. §. **wo aber.**
Et sic concederetur alterā viâ & per indirectum quod unâ & directo esset
prohibitum, contra *l. 5. §. 5. de reb. eor. qui sub tut. l. 3. §. 4. & ult. de*
don. int. vir. & ux. l. 21. §. 1. ubi Goth. de tutor. dat. IV. Confirmat de-
niq; hanc sent. § **Vnd sol alles &c.** ubi disertè prohibetur, ne si quid fortè
in prioribus Imperii recessib. vel Constitut. contineatur, quod huic paci-
ficationi contrarium vel sit vel esse videatur, huic aliquid deroget, sed o-
mnimodò rejiciatur, nullo modo valeat, nulla itidem declaratio vel curiosa
indagatio, quæ hanc pacificat. impedire vel mutare possit, permittatur Leges
n. & Constitut. ad pacem publ. conservandam in religionis præsertim ne-
gotio admodum favorabiles sunt eoq; quam latissime interpretandæ.

EXIN-

XXX.

Communem Dd. opin. in dubiis juris articulis sequi tutius (a) & ex usu reip. esse videtur (b) A qua nec JCii in respondendo, nec iudex in iudicando recedere debet (c) Nisi ea apertis juris textibus vel evidentibus ac aequitati consentaneis probabilibusq; rationibus confundi evertiq; possit. Tunc enim communis opin. (rectius com. error) rejicienda potius quam retinenda est (d) Non itaque in decidendo juris articulo sufficit habere saltem com. opin. sed vel maxime prius inquirendum, an etiam legibus nobis praescriptis vel rationi juris ac aequitati sit ea consentanea. Cum praesertim in tanta multitudine Authorum quibusd. in casib. vix sciri possit, quanam sit com. op. Reperitur enim non saltem communis, sed & communior & communissima & si qua supra hanc alia esse possit.

a) Ad exemplum veterum JCtorum in l. 1. pr. ibi crebrior sanè apud veteres opin. est de offic. qu. est. l. 17. § 1. ibi: consilium omnes Jurisperiti dederunt. si serv. vind. l. 4. pr. ibi: & generaliter ita omnes opinantur, de his qui not. inf. l. 51. pr. ibi: dicitur vulgo. ad l. Aquil. l. 31. §. fin. ibi: ita prudentes hoc interpretati sunt. de vulg. & pup. l. 12. §. 27. ibi. quam sent. quotidie increfcere & invalescere videmus. de instr. lega. l. 17. ibi: plurimum juris auctorum. de jur. patr. c. novimus. 27. ibi: quorund. opinio à pluribus adprobata extra de V. S. & c. Ratio est: quia verius praesumitur quod à majori Doctorum singulari praesertim juris peritià instructorum parte receptum est & adprobatum. Major siquidem pars melius veritatem investigare potest, facilius quoque & perfectius à plurib. quod indagatur, invenitur arg. l. ult. C. de fideicom. Et plus vident oculi quam oculus, unde & veritati com. op. æquiparatur. Gail. 1. obs. 153. n. 5. b) expedit enim reip. jus certum habere, secundum quod causæ & lites decidentur quam incertum & pro cujusvis voluntate & arbitrio mutabile arg. l. 10. de I & I. c) Per Dd. quamplur. congestos à Jac. Schultes in addit. ad M. Pist. q. 126. n. 17. Communis enim opinio vim consuetudinis obtinere dicitur, uti igitur iudex contra consuetud. iudicans litem faceret suam; Sic quoq; si contra com. op. iudicaret ex cerebrina quad. & praesumpta aequitate. (d) comperta namq; & inventa veritate recedendum est ab opinione erronea, per l. si 11. §. 2. in fin. de jurisd. §. diversa. 4. I. d. emt. vend. l. sed

§ 4. §. is qui. §. quod cum eo qui in al. pot. c. Capellanus 4. circ. fi. de feriis.
Quod & Justin. Imp. monet in sua Constit. de concept. Digestorum § sed
6. dum ait; sed neque ex multitudine authorum, quod melius & æquius
est, judicatote, cum possit forsitan & deterioris sententia & multas ac ma-
jores in aliqua parte superare. Quod vel maxime consentit cum jure div.
Exod. 23. v. 2. ibi: non in judicio plurimorum adquiesces sententiæ ut à
vero devies, Rectè igitur Fachin. 5. contr. 37. scribit: non tanti Docto-
rum placita & opin. facere soleo, ut eas juris nostri conditorib. præfe-
rendas existimem.

XXXI.

*An Doctores, Licentiati &c. à Comitibus Palatinis creati
(qui vulgò malo affectu Bullati vocantur) iisd. gaudeant &
fruantur privilegiis quales in Universitatib. vel Academiis
promoti ac renunciati? Quidni!*

Cujus enim auctoritate & potestate Universitates gradus eorumq; privilegia conferunt, istius etiam nec alterius idem Comites Palatini faciunt. Est autem is solus Imperator. Quis ergo jure denegabit personis à Comitib. Pal. creatis privilegia, quæ conceduntur iis qui in Academiis gradum erudit. assecuti sunt? Annon Imperator tantum potestatis uni tribuere potest quantum pluribus? Sacrilegii instar habetur de ipsius potestate & judicio disputare eamque in disquisitionem vocare. Uti rescribunt Impp. in l. disputari 3. C. de Crim. sacril. l. 5. de divers. rescript. Quid! Si Doctores à Com. Pal. creatos velis privare suis privilegiis: oportebit te quoque Notarios ab iisd. creatos suâ potestate privare, quod tamen nemo usque huc tentavit, Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 6. membr. 1. n. 89. Hanc tamen concl. ita limitant Treutl. p. 1. disp. 1. th. 7. lit. a. Matth. Steph. d. 10. n. 86. modò creatus à Com. Pal. sit à peritis in arte diligenter examinatus & idoneus repertus. Quod etiam de aliis in Academiis renunciatis non minus dicendum esse puto, cum gradus ejusmodi dignitatis & honoris propter solam scientiam & eruditionem tribuantur.

EX PROCESSU JUDICIARIO.

XXXII.

Procurator alterius absq; mandato nemo in judicio admittitur nisi sint conjunctæ personæ, veluti parentes, liberi, fratres, affines, liberti. l. 35. de proc. An vero & Amicus magnâ amicitia conjunctus hisce adnumerandus sit, à Dd. disputatur? Mihi negativa conclusio tutior & verior videtur.

Tum.

Tum (I) quod regulariter nemo procurator alterius esse possit, nisi mandatum habeat vel expressum vel tacitum. §. 1. *vers. cuicumq.* I. de *his per quos aq. poss. §. fin. a. 3.* I. de *satisdat. l. 1. de procur. l. 3. §. 2. judicatum solvi c. 9. ad agendum 4. de procur.* Amicus vero magnâ amicitia licet conjunctus sit, à regula juris non reperitur expressè exceptus. E. neque admittendus. Quod enim à regula non ostenditur exceptum, sub ipsius disposit. permittamus necesse est. *l. 12. §. idem 43. de instr. lega. & sim. præsertim si regula sit prohibitiva, ut hæc Giph. ad l. 25. n. 54. C. de donat. tamdiu igitur standum esse regulæ & secundum eam pronunciandum, tradunt Dd. com. per c. Ecclesia. 3. si de caus. poss. & prop. donec exceptio non conjecturis sed juris textib. probetur Giph. d. n. 54. alias illi qui saltem adferit, regulam in hoc vel illo casu non habere locum, fides non est habenda l. 5. de probat. l. 4. §. 1. de ser. inst.* Tum (II) quod hæc sent. in Cam. Imp. sit recepta, teste Gail. *lib. 2. de pac. publ. c. 10. n. 28.* Cujus observantiam meritò inferiora judicia in dubiis juris articulis tanquam caput membra sequi debent. *per §. ult. I. de satisd. c. cum non 12. de præscript.*

XX XIII.

An Citatus Zu rechter früber Tagzeit / post meridiem veniens & comparens, pœnam contumacia incurrat? Negativa sent. æquior est ac humanior.

Propter *l. qui. 42. de V. O. l. 50. de O. & A. l. 8. si quis caut. l. 53. §. 1. de re jud.* in quo §. 1. habetur definitio Contumacis; quod sc. is contumax dicendus sit, qui tribus edictis propositis vel uno pro trib. quod vulgo peremptorium appellatur, literis evocatus præsentiam sui facere contemnit. Quæ sanè definitio tardius aliquantum venienti non competit, non enim præsentiam sui facere negligit, qui venit eo ipso die ad quem evocatus est ad judicium. E. nec definitum, quod sc. pro contumace sit habendus, per regulam Logicorum, & per conseq. nec ulla contumaciæ pœna in eum animadverti jure poterit. II. Suadet & hæc ratio, quod varia possunt intervenire impedimenta, ut adversa valetudo, & aliæ occupationes, ut citius adesse non potuerit *d. l. 53. §. 2. de re jud. V. l. scire. 13. §. si 7. de excusat.* III. Et hanc sent. ipsa suggerit æquitas & humanitas, quæ in dubiis nec in jure expressè decisis negotiis omninò ad exemplum veterum Jctorum & Imp. *l. 4. C. de judic. l. 76. ad SC. Treb. l. 32. circ. fin. pr. de pecul. l. 90. de R. I. l. 12. §. 5. in fin. de capt. & post l. §. is qui 8. §. sed diversa I. de mand. arg. l. si ita 13. pr. de lib. & posth. l. 12. l. 17. de ini. rupt. l. 86. pr. de adq. ber. l. 5. C. si al. respign. & sim. in pœnis præsertim infligendis l. 32. l. 43. de pœn. l. 155. §. fin. de R. I. c. in 49. eod. est inspicienda & consideranda. Quam etiam pronunciando sæpius secutos esse Jenenses testis est D. Arumæus *li. 1. decis. 11. n. 29.**

De jure



De jure Saxon. certissimum est, quod post praestitam Guarandam libelli mutatio amplius non admittatur. Hinc exoritur questio quotidiana (teste Colero) num etiam post litis contestationem Guarandâ nondum praestitâ, actor libellum mutare possit? In negantium castra abeo.

Quia in jure Sax. nullibi hoc expressè statuitur. E. necessum est ut recurramus ad jus Civ. arg. c. un. §. strenuus. 2. f. 1. Ubi receptum est, lite contestata libelli mutationem non admitti. Dd. comm. Quid! quod si post litis quoque contest. ante Guarandam praestitam mutari libellus possit, multæ lites & processus protraherentur, imò elusorii redderentur, contra l. 25. de minor. c. cum aliquib. de sent. & re jud. c. 1. de dolo & cont. posset enim actor quovis tempore etiam ad sententiam usque in mala praesertim causa ad vexandum saltem adversarium, libelli mutationem in manus sumere, cum etiam sine petitione & praestat. Guarandæ processus jure Sax. valeat. König. in proc. c. 48. (vel secundum edit. Georg. von Pritzen. p. 2, c. 30.) Et hanc sent. adprobavit Illustr. Dn. Elect. August. in suis Const. p. 1. Const. 11. Receptit quoque usus quotid. practicus testib. Colero ad c. 2. & c. dilecti extra de except. König. in proc. d. lo. H. Pift. li. 4. q. 22. n. 9. Zanger de exc. p. 2. c. 20. n. 25. Minimè itaque sunt mutanda quæ certani semper interpretat. habuere l. 32. de LL. quæq; usu communi recepta sunt, cum consuetudo optima sit legum interpres l. 37. & 38. eod.



AD DN. RESPONDENTEM.
contubernalem quondam suum.

Ingenii res est, digito monstrarier hic est:
Atque laboris opus, nomen honore premi,
Scilicet hoc Untzere placet? dum vincere certas
Doctores Salicos, Doctor ut esse queas.
Maeste animi, candor, pietas, labor assiduusq;
Sic potuit nervis non caruisse suis.
Non ego, sed cunctis tua te bona cognita produnt,
Nilq; mihi, ignoscas laudibus ipse tuis.

Antonius Cöler Lube-
censis.

V. 17

m c

Handwe
cius pronu

Et si C
men adeo fu
Uti resp. Im
gio naturalis
beram in co
de sponsal. c.
ullum infer
contrahendi
nupt. Non
Etè & sempe
istud velit,
sertim cum
ria potissimu
genda ad Sta

Sum
gare legem
quotidianu

Quæ
32. in fin. de
partem juris
eundemque
nat d. l. 32. J
steriorem leg
tem, cum n
bis voluntate

Sub
rum quoqu

I. Per. i
quoq; de mer
imperium seu
nis. Mater. n.
Eberh. in top.
animadverten
a. in homines

eam in judi-

s, non usque ta
cat aut legem,
um itaq; & ra
e præcipiant, li
ere l. 5. in fin. C.
omnino nuptis
neque libera ista
11. Et 14. C. de
tatum ita stri
qui observare
la collegiis. Præ
at. & providen
la est & adstria-

n posse abro-
simam esse

. nat. l. de quib
sse speciem vel
legem imitari,
ine 9. 1. de jur.
er alteram po
habere potesta
s expressis ver-

sumto, Me-

qua tractatur
E. inde, meru
d. jurisdicio
jusestrubrum.
r. consistit in
nimadvertere
inorosi, l. 2. S.
quia

